 reubarbari. ana. 3. 5. centonici. 3. i. 5. cinamo
 mi. 3. iij. croci. 3. 5. zuccari. lib. 1. 5. fiat confe
 ctio solida cū aqua absinthij vel graminis.
Hec cōfectio apud nos nō est in usu: s̄ va
 let mirabiliter p vermibus. simplicita q̄ sunt
 declarāda declarabo. ipe Bartholome⁹ h̄z
 vnā aliā descriptionē: s̄ ista est nobilior illa
Alexandri apud modernos est semē ma
 cedonicum: et non est semē sc̄m̄ ut quidā di
 cunt: qđ in ista cōfectioe possum⁹ videre: qz
 hic Bartholome⁹ ambo in ista pfectioe pōit
 32. **C**entonicū siue sandonicū idem est: et est
 spēs absinthij. sicut p̄ apud Serap. in capt.
 de absinthio. Preterea ipe Sera. in capt. de
 sceha inquit sceha. i. sandonicū in cap. de
 absinthio. et d̄ ex auctoritate Dias. sandoni
 cum est planta et est absinthiū maritimum: sic
 mea opinio est qđ sceha siue sandonicum sit
 absinthiū maritū quod alio noie herba ma
 rina appellat⁹ et sic reperitur apud Michaele
 fauonarolā in cap. de vermibus qui inquit.
 Quidā dant semen sanctū siue semencinam
 qđ idē est. Jo. mattheus gradi in ca. de ver
 mibus qui in ventre nascūtur dicit seminis
 sancti vel herbe ianuine vel soch qđ idē est
 sed vult dicere sceha. Infra h̄z quoddā em
 plastrū: et dicit semis alexandri qđ cōter
 appellant herbā ianuina: sed falsum est. naz
 semen alexandri nō est herba ianuina. p
 hoc vidē qđ in ista confectioe ingrediūtur
 semē alexandri. i. macedonicū: et centoni
 cū. i. semē sanctū. qđ nō fit in his q̄ idēz sunt
 tu vero vide qđ semē sanctū est verū sando
 nicū siue sceha siue sementina siue granella
 et hec est approbata qđ mirabiliter valet ad in
 terficiēdū vermes: deserit de ianua ad nos.
Confectio diaturbit cū reubarbaro. ꝑ. sanda
 lozū alboz et rubeozū: violaz zinziberts. añ
 3. i. 5. anisi: cinamomi: croci: masticis añ. 3. 5.
 turbiti: hermodactilozū. añ. 3. i. reubarbari
 electi. 3. x. diagredi. 3. iij. zuccari albi. lib.
 ij. fiat confectio solida.
Hec est cōfectio diaturbiti cū reubarba
 ro: et sunt ex hoib⁹ qui vocāt ip̄az diatob cū
 reubarbaro: alij pfectionē delectabile: vt di
 ctū est supra: et sunt ex hoibus q̄ faciūt ip̄az
 cū reubarbaro: et qñs siue reubarbaro p̄z di
 uersitates descriptioū q̄ reperunt.
Electuariū de ouis. ꝑ. albumis ouoz lib. ij.

mellis cocti dissumati lib. i. misceant simul
 et diu agitētur cū spatula agitādo vsquequo
 inspissent: deinde addant he spēs. ꝑ. zedo
 rie. 3. 5. cinamomi. gartof. spice liq̄rtie. 3. ij.
 piperis: galāge: rosarū sandalozū rubeozū:
 ana. 3. i. misce et fiat electuarium.

Istud electuarium nō est in usu apud nos.
Oua fm̄ Aui. melioza sunt oua gallinarū
 recētū. et meli⁹ qđ ē in eis est vitellus. et me
 llus. eozū artificiū est vt nō cū alio ḡlent
 post aut oua gallinarū sunt oua auiū q̄ cur
 su eius procedūt sicut antederā: et adozā
 alcubugi. i. pdicti: et ateenugi. oua fo anaz
 et similiū sunt mali humoris. Sera. dicit ex
 auctoritate Gal. illa q̄ eligunt⁹ sunt oua gal
 linarū. nō ergo oz̄ narrem⁹ naturā altozū.
 fiat pfectio solida cū aqua matricarie in ro
 tulis ouozū. qz natura eoz̄ est eadē natura
 istoꝝ et c. Basis aut̄ in tertio almāsoꝝ. in c.
 de alijs ouis ait. oua plus offibus cōueniē
 tia galine sunt et pdictis et c.

Electuarium de lepore combusto. ꝑ. lapidē
 tudaici et spongie añ. 3. j. pulueris leporis cō
 busti fm̄ artē. 3. ii. spēs electuarij litontripō
 descriptioe Nicolai. 3. ii. zuccari. sc̄de deco
 ctione. 3. iij. cum aqua farisfragie fiat cōfe
 ctio in rotulis. i. in forma manus xpi.

Istud electuariū nō est in usu.

De lepore Aui. in. ij. casū. duo capla faci
 vnū de lepore siluestri: alud de lepore ma
 rino: quē qđā existimāt esse cuniculū quē di
 cit Aui. esse animal ostracum. lutosum. de
 clinās ad rubedinē aliquātulum inter par
 tes cutis sunt quedam similia folijs aluſiē
 i. herbe chali. illum vero quē hic intelligi
 mus est ille qui omnibus est not⁹. de modo
 comburendi vide supra in electuario de ci
 neribus.

Litontripon: id est cōterens et frangens
 lapidem. interpretatur descriptio ipsius po
 sita fuit supra ex intēctioe Nico.

Electuariū de sebestē. ꝑ. sebestē recentis. 3.
 v. infundantur in li. j. aque violarū et bulli
 antoem̄de colētur et predictē colature ad
 datur aqua yris: id est yreos et angurie ana
 3. vi. tamarindozū primozū siccozū cōtu
 forū. añ. 3. v. violarū seminum cōmuniū
 frigidozū añ. 3. j. succi mercurialis. 3. iij. co
 quantur simul vsqz ad consumptionē medie
 tatis: et fortiter exprimentur et colentur et co
 lature addātur peindioꝝ. 3. viij. diaprū
 nis non solutiū li. vna et media: pul. diagre
 di. 3. iij. misce et fiat electuariū.

Istud electuariū apud nos nō est in usu
 sed in mediolanovtū ipso. Scias qđ egovi

di predictū ele ctuariū scriptū: sep nō apud auctore auctoricū: z ibi ingredi quedā herba que nominat chachile: quā bartholomeus in sua descriptione nō habet: tamen si esset aliquis qui vellet eā ponere declarabo qd sit chachile. est quedā herba que reperitur in partibus rome in loco qui dicitur comētū: folia habet similia vmblico veneris: z hec a modernis soldanella vocat. z est alia species achachile habēs folia similia vermiculari: z nascitur in sterquilinis locis: ista vero non est ita nota vt altera.

¶ Sebestē. i. mamilla canis. Sera. capti. de sebesten uarrat arborē ipsorum z de fructu ipsius dicens qd mochatica est rech in arabia. z est arbutū altū super terrā habēscorticem cuius color vergit ad albedinē: z fructus ipsius est sicut granū oliue. iste fructus colligit z excicatur donec corruget. z est illud quo vtuntur in medicina.

¶ Aqua violarū intelligitur esse illa que fit ex floribus violarū p sublimationē in alēbico.

¶ Anguria est melon magnus viridis qui apud Auic. in secūdo cañ. vocat batega. in tempore antiquo in partibus nostris nō reperiebant: sed hodie deferunt ex venetijs.

¶ Mercurialis ē herba satis nota. hec apud Dia. vocat linozotis. Salten. etiā in septimo simpliciū dicit linozotis. i. mercurialis. **¶** linozotis siue paterni? a mercurio inuentus est. ideo apud grecos erimporona dicit. nā multi ex nostris vocat mercuriale.

¶ Diaprunus vel diamasceon a prunis damascenis dicit. descriptio ipsius est posita superius auctoritate Nicolai. z ibi videbis qd fit sine diagredior cū diagre. illud vero qd fit sine diagredio appellat non solum: quando fit cum diagredio appellatur solum.

¶ Electuariū de polipodio ad melācoliam. **¶** anisi: liquiritie: dauci: semis leuistici: amesos: florum eupatorij. ana. ʒ. i. ʒ. acori. ʒ. ʒ. zinziberis: cinamomi: croci: ana. ʒ. ii. seminis anethi: petroseli. apij. ana. ʒ. i. hermodactili: ʒ. i. ʒ. turbitij. ʒ. vi. diagredij. ʒ. iiii. polipodij quercini. ʒ. ix. thimi: epithimi. ana. ʒ. v. lapidis lazuli: hematitis preparatorij. ana. ʒ. vi. penidiorij. ʒ. iiii. zuccari. lib. iiii. coquantur zuccarum z penidij cum aqua sublimationis ireos vsq; ad decoctionem zuccari: z fiat confectio solida. poteris etiam facere in forma liquida ad modū electuarij: deinde zuccaro liquefacto addantur pulueris.

¶ Istud electuariū non est in vsu.

¶ Polipodium autē dictum est a similitu-

dine flagellorum polipodij piscis in eminentijs que sunt in ipsis flagellis seu pedibus: sed pedes dici possunt. nam radicibus polipodij sunt similes eminentie. vnde polipodij quasi polipes. **¶** Diaf. dicit qd polipodij nascitur in parietibus humectis: z in ripis: z circa radices arborum vetustarum z in quercubus: z propter id dicitur polipodij quercinū. hoc quidam herbarici liquiritiā siluestrem vocant.

¶ Hematites. s. lapis qd dicitur ematites: siue sanguinarius hoc lapide pictores vtuntur.

¶ De confectionibus ac electuarijs fm Nicolaum florentinum.

¶ Confectio diacartami in sermōe sedo in cap. de cura emittitei. valet in euacuatione colere z flegmatis. **¶** ʒ. i. specterum diagraganti frigidij. ʒ. i. carnium citontorij. ʒ. ii. ʒ. zinziberis albi. ʒ. i. medulle cartami. ʒ. ʒ. ʒ. turbitij electi. ʒ. ii. ʒ. diagredij. ʒ. v. manne granate: mellis rosati ad solē purificati añ. ʒ. iiij. zuccari albi. ʒ. xv. fiat confectio in bolis: quorum vnusquisq; sit. ʒ. iiii.

¶ Hec confectio apud nos non est in vsu: Petr. argillata in ca. de podragra siue gutta habet vnā aliā descriptionem que eadez est Lumen malelucēs describens hanc confectionem dixit eam esse magistralem cum non sit: vt eius descriptionem sibi vendicaret: z quidem indigne.

¶ Cartamus est crocus hortulanus: cuius flore tingit fericum eius semen inter laxatiua ponitur hoc gincus vocat grecus. **¶** Dia. vero cnicum. **¶** Auer. in quinto col. dicit elcratis alcartamū. id est semen papaga. ego credo qd vult dicere: quia illud animal quod vocat papaga comedit ipsum libenter. **¶** De sue de ipso loquitur dicens. melius est illud quod est album z planum z grossum z plenum cuius medulla est vinctuosa pinguis zc.

¶ Electuariū sublime conseruans sanitatem oculorum: z confortans spiritum visibilem in claritate sua in libro te: ʒ. i. in cap. de custodia sanitatis oculorum: z de iuuantibus z nocentibus oculis. **¶** ʒ. herbe adhil. ʒ. ii. seminis fenculi. ʒ. ʒ. macis: cubebe: cinamomi: piperis longi: gariofilorum ana. ʒ. i. pmentur z cribellentur: z accipe mellis dispumati lib. i. succi: fenculi cocti z dispumati. ʒ. i. succi celidonie similiter cocti. ʒ. ʒ. coquantur succi cum melle quousq; mel habeat spissitudinē: z conficiantur cum eo species z reseruetur in vase vitreato.

¶ Istud electuariū nō est in vsu: sed **¶** Alcolaus ipsum laudat mirabiliter.

Herba adhil fm Nicolaum in libro 7 ca. pi. predictis est herba de qua quidam dicunt q̄ est herba quam comedut aquile z confr̄ cant oculos suos: z d̄ q̄ est eufragia. postea iterum ait. verū alij dicunt q̄ est quedā species herbe albe: cuius folia quādo rumpūt in loco rapture faciunt fila quasi ad modū bombactis: z est amari saporis. ab Alui. vocata bōbacum. a quibusdā cassilago. a quibusdā dicitur herbaverula z postea dicit. verula est autē zc. neq̄ per id Nicolaus cognouit quid esset herba adhil. ipse dicit q̄ ab Aluic. vocata est bombacū: de quo non reperitur vlluz fecisse capitulū in sc̄do casū. vbi de simplicib⁹ tractat: z dicit q̄ a quibusdā cassilago dicit: qd̄ nō credo: quia cassilago est iusquamus: sed sit quomodocunq̄ prima expositio est melior: hoc est q̄ herba adhil est eufragia. quia in hoc multum valet. Præterea Martheus filius. in ca. de eufragia inquit sic. eufragia latine arabice herba adhil. Mesue in capt. de egritudinibus oculorum laudat ipsam. sed cōtradicit Jo. cōcoregius in ca. de debilitate visus: qui inquit. herba adhil. i. iua muscata: s̄ fm aliq̄s eufragia: q̄ nō credit. sed mea opinio est q̄ adhil sit eufragia.

Celidonia fm Psido. ideo dicitur vel q̄ aduentu hirūdinum videtur erumpere: vel q̄ pullis hirūdinum si oculi auferantur matres eorum illis ex hac herba mederi dicuntur. liber qui dicit bulcafitz in tractatu sc̄do in capt. de modo colligendi lac celidonte: z extrahendi succum eius inquit. principius ortus celidome est quando hirundines incipiunt apparere: z quādo desinunt apparere desiccatur z nō apparet: z propter hoc appellatur herba hirundinuz zc.

Diaburum expertum in lib. iij. in capt. de russi. s̄. mellis dispumati: z butiri añ. 3. iij. cimini: anisi ana. 3. 5. liquiritie. 3. i. confice i forma loch.

Istud electuarium nō est in vsu. z sicut reperi apud Sabañuz in capt. de russi. est ex auctoritate ipsius.

De butiro Aluicē. in sc̄do cano. duo capt. facit: vnum de butiro simpliciter: aliud de butiro non recenti. Serap. de butiro lacte z caseo i vno capitulo loquitur. z sic inquit libē. i. lac. lubō. i. caseus: zebd. i. butrum. ferum. i. mantega. Papias dicit butrum pinguedo que ex lacte colligitur. est tamē pinguis z solidius oleum ex butiro fit.

Diapigamum in libro quinto in capitulo de inflatione z tensione stomachi. s̄. nitri piper-

ris. cimini infusi i aceto z postea torrefacti ana. 3. iij. foliorum ruthe siccorum ad pondus omnium. Confice cum melle z fiat.

Herba cōfectio apud nos est multū in vsu: sed non sub hnc nomine diapigamuz. immo sub nomine diaspoliticon: qd̄ idem est. Pape Nicolaus in eodem libro inquit. diapigamum. idest electuarium de ruthe. postea in capitulo de debilitate digestiōis ponit electuarium de ruthe qd̄ idem est cum diapigamuz. z sic dico q̄ electuarium de ruthe fm Nicolaum diapigamum z diaspolitico idē sunt. de quo infra in diaspoliticon. Dias. in capitulo de ruthe ponit descriptionē diapigami que cadē est. Macer in cap. de ruthe describit diapigamū in versiculis icipiēdo Ex hac antidoti nō paucis vtile causis. Cōficatur medici dicunt diapigamū illud. Paganon in greca n̄sa quia ruthe vocatur. Illius antidoti cōfectio talis habet. Pōdere iunge parti nitri piper atq̄ cimini. De trib⁹ his tantū de ruthe ponito quantū. Sed pius ex acri vno macerare ciminū Conuenit et ferro post assari calefacto oia deinde simul bene trita ex melle ligabis zc.

Nitrum. idest affronitū in ista cōfectiōe laudatur salnitri quo vtuntur bombardarij quia est fortius q̄ sal panis.

Electuarium de ficibus in eodē libro in ca. de cura colice ex fece z est vtile semibus. s̄ croci hortensis. zinziberis albi mundi. añ. 3. ij. terantur z cribellent. ficuū albarum pinguiū numero. xxx. terantur i vno mortario ligneo in modū q̄ non appareant grana z si non possunt teri bene ferueant modicū z ponatur cū eis de baurach. i. affronitro z fece argēt. añ. 3. 5. z pistentur oia simul z incorporentur cū melle dispumato in quo misceatur de aqua in qua decocte fuerint z fiat.

Istud electuarium non est in vsu. sed fm intentionem Nicolai est vtile semibus.

Crocus hortensis est crocus africanus siue hortulanus cuius semē gincus seu cartamus dicitur.

Ficus. idest cartag Psido. inquit ficus a fecunditate vocatur est enim arboribus ceteris fecundior: nam terq̄ quaterq̄ per singulos annos generat fructum. atq̄ altero maturescente. alter aboritur. hinc z caricea copla nominata zc. est alia ficus dicta pharaonis siue ficus fatua siue sicorumuz: est nomen cōpositū a ficos grece z quod est ficus z mozo latine zc. Inde sicophāta. idest comesor: ficuū vt apud terentium.

Sex argenti fm Nicolai est scozia argen-

tl. ego puto q̄ sit merdasengi quod alto noīe litargirium appellatur.

Electuariū de cicadis in eodē lib. in c. de cura lapidis. & cicadarū abiectis capitibus alis: & pedib⁹: granorū solis: seīs saxifragie. añ. ʒ. i. piperis galange: cinamomi añ. ʒ. ij. li gni aloes. ʒ. ʒ. mellis quod sufficit.

Istud electuariū nō est in vsu. **I**sidorus in cap. de minutis volatilibus inquit. Cicade ex cuculorū nascūtur spūto. he in italia apud reginos multe sunt. nec vsq̄ alibi. **D**icitur medicie ait. cicade sunt vermes ad similitudinem locuste: & habitāt in locis calidis quidam vō sapientes dixerūt q̄ cicada est aīal parūū vergens ad ingredimē q̄ in capite ipsius h̄ duo cornua minuta: & in tpe estatis minoris caliditatis apparet: & volat sup̄ cacumina domorū vel aliarū rerū: & ibi stat et garrit q̄ usq̄ solamittat suā caliditatē: & predictū aīal a mltis vulgari noīe sic ē vocatū.

Grana solis. i. multū solis siue lithospermon Serap. in c. de milto solis inquit ex auctoritate. **S**al. in trāslatione batarte līfacos: q̄ ē semen qd̄ assimilaf lapidē: & est chulb. i. milū unū solis: & semen herbe q̄ dicitur stoncos: q̄ si bitur frangit lapidē & puocat vīnā. **S**erap. iterū ait ex auctoritate abē mesuai calbasari: q̄ achulb deserf ab idia: & assimilaf semini lini nisi q̄ est mai⁹: miror tñ q̄ Ser. dicat q̄ milū solis h̄z semē simile semini lini: & tñ illud quo nos vtimur nō assimilaf semini lini. hec herba in nīs hortis nascit & abūdā plurimū: q̄ suis dicit Sera. q̄ deserf ab india.

Medicamen de sifileos in lib. vi. in c. de sterilitate. & sifileos. limature eboris: radicū: & granorū pconite: darisifahā añ. ʒ. ʒ. cinamōi: ciperi. calami. aromatici: squināti artemisie añ. ʒ. i. nardi. s. spice gariof. folij. mastictis olībant añ. ʒ. ʒ. ambre purissime. ʒ. ij. mellis q̄sum sufficit.

Istud medicamē de sifileos. i. sileris mōtam non est in vsu.

Darisifahā est cortex radicū huzie. siue cortex radicū mali granati agrestis apud Diasco. vocatur asphaltum. de quo dictum fuit in electuario de vino.

Artemisia. i. mater herbarum.

Mastix est gummi lentisci vel species ei⁹ Diasco. in cap. de thure ait. thus lachrimū est arboris que grece libanus dicitur.

Electuarium de iua in libro septimo in cap. de preseruatione a doloribus iuncturarum & iue recentis subtilissime incise. & conficiatur cum melle & fiat fm̄ artē.

Istud electuariū apud nos est in vsu. ap

se em̄ **N**icolaus non ponit dosim tue: sed p̄ portio mellis ad tuaz apothecarijs est nota

Iua fm̄ Simonē tanuensem est iua. vt dicit supra in camepiteos. ipse vero in capitulo de camepiteos ait. q̄si in fine. vide q̄ nulla istarum specierū sit illa qua moderni vtuntur pro camedreos Arbitratus fui q̄ prima istarum sit planta illa. quam tuam moderni vocant propter similitudinem huius descriptionis cum ea. & propter experientiam que inuenitur in ipsa in sciatica qua ipsa laudatur. postea vero intellexi q̄ apd̄ grecos siculos maxime ipsam tuam camepiteos vocāt & sic ex meo iudicio credo q̄ vera tua sit camepiteos. & qui non credit cōsideret formā camepiteos q̄ apud Diascondem vocatur camepitis. & ponit species tres. quarū vna est spanfa super terram. & giberosa habens folia. añ. ʒ. i. mīoz. i. semper viue minorū siue p̄mulari similia: sed tenera & pinguiora & aspera & spissa circa virgas odorem redolentia pini ramulos mittit oblongos & curuos in similitudine ancuse: id est lactuce asini & frondiculum tenuem: vel semen cum tenui coma flores minutos & mellinos p̄fert: & semen nigrum. odorem picturū. id est rasine pini. vide ergo illā tuam qua vtimur & aggrega ipsam cum illo capitulo de camepiteos & videbis q̄ in odore in oibus iua est camepiteos: & oēs spēs habēt odore pini: sed nobilitor est que magis odore pini refert. aliud vero camepiteos quo vtuntur moderni: nō habet formam camepiteos: vt describūt nostri auctores sicut est notum eruditissimis apothecarijs. **M**esue in capitulo de egritudine bus laudat ipsam sub noīe ziziniā & est iua.

Electuariū de anagallico siluestri in lib. vii. in ca. de cura eminetie vmbilici. & est multū vtile. & radicū eius bene decoctarum in vino austero: & postea optime cōtritarum. & mellis dispumati añ. lib. ij. & coquantur lento igne vsq̄ ad perfectionem: & tunc supponatur puluis qui sic fit sanguinis draconis ʒ. ʒ. mastictis. & pilorū lapidis incisorū añ. ʒ. ij. gummi arabici. ʒ. ij. lapidis ematicis. ʒ. i. nucis ciperi. ʒ. ii. gariofilorum: macis cinamomi: nucis mscate añ. ʒ. iiii. piperis ʒ. iiberis: croci añ. ʒ. i. & bene incorporentur & fiat electuarium.

Istud electuariū nō est in vsu: s̄ fm̄ intentionem **N**ico. est vtile.

Anagali fm̄ **D**ia. sunt due spēs: vna est q̄ florem tacitū p̄fert. s̄ apud Sera. h̄z florem celestē. altera est cuius flos dactili colorem habet: s̄ apud Serap. h̄z florem rubeū

et est plantula habes folia subtilia parua: et ramos quadrangulatos. et ambe habent semen rotundū simile semini coriandri apud nos in pratis ac vijs reperitur. Quidam ex posuerunt qd esset cicozea: qd non est. alij qd sit matorana: quod nō est: alij auricula muris dicunt qd nō est. Aui. in. ii. cañ. capitulū vnū facit de auricula muris. aliud de anagalo: in capitulo de anagalo inquit est duobus modis. vn^o ooz est cuius flos est citrinus et alius cuius flos est celestis hic textus Aui. videtur corrupt⁹ dū nō dicit qd prima spectes anagali hz florez rubeum: vt dicit serap. Galienus in sexto simpliciuz inqt. anagalus. i. morsus galine. et dicitur qd vna habet florem celestis coloris et alta rubet. et sic est fm veritatē et est quam nostro idiomate morgelnam: aut morsum galline vocamus aliquādo ipiam Watt. siluaticus dicit morsus galline vocatur a quibusdam anagalus qui ipia vocatur quidam morgelna vocant et. Nicolaus dicit electuarium de anagali co siluestri. i. de illo qui flozē rubeū gerit et. Confectio boli armeni in libro quarto in capitulo de preuisione cautelis: et custodia a venenis et eorum nocuentis in general. Be. boli armeni: terre sigillate añ. 3. j. granorū tuniperi. 3. 5. Conficiantur cum melle. dosis est. 3. ii. cum vino.

Hec infectio apud nos nō est in vsu: bolus armenus est quedam vena terre que reperitur precipue in armenta et eligendum ē furubem: apud Aui. vocat lutū armenū.

Electuarium de moris scdm michaelem sauonarolā in capitulo de dissenteria intestinali. Be. carniū mori immaturi. 3. iiii. zuc-carū lib. vnā coque cū facilitate deinde pisce scriptica calida aut frigidavt exigit dispositio: et fiat electuariū quod apud nos in vsu non est.

Confectio chifodea fm Galienum in tractatu octauo in meumtr in capitulo de cura passionum epatis. Be. carniū passularum. 3. xxv croci. 3. i. calami aromatici. 3. ii. bdelij iudatci. 3. ii. 5. cinamomi. 3. j. cassie. f. lignee 3. 5. spice scilicet nardi. 3. iii. squinati. 3. ii. 5. mirre. 3. iiii. et in alio. 3. iii. terbentine. 3. iiii. limature aspaltri. 3. ii. mellis. 3. xvj. vini qd sufficit et.

Istud electuarium apud nos est in vsu: sed non vtimur sub nomine chifodea: immo vtimur sub nomine electuarij de vino. ipse Galienus describit ibi duas descriptiones: quarum prima est nobilior: et dicit qd chifodea nominatur: et enim in odore et in gustu similis est vocato ab egyptijs chifi qui pri-

mo composuerunt hoc et vtuntur eo. Idē in partibus nostris facim⁹: et sic postq̄ ego ag gregauit istud electuarium de chifodea apud Galienum cum vno electuario qd habetur ab Aui. in tertio quem nos facimus sub nomine electuarij de passulis seu de vino. vtdi qd idem sunt et sic vt melius et aptius rem dinoscas lege illam descriptionem quaz superius posui sub nomine electuarij de passulis cum ista et videbis qd eadem est. Franciscus de pedemotium: in capitulo de debilitate epatis hz eandē. Michael sauonarola in ca. de debilitate epatis hz eandē.

Limatura aspaltri seu aspalet. id ē rasura aspalcos. et hec est arbor sicut narrat Dia. q̄ nascitur in asia: et rhodo: cuius spectes duplex est. Est enim vna spinosa fructicē et tirsusum grauem habes et depositum cuius cortice purpureo vel rubro: et depresso odoris summi et amari. altera est alba: lignosa et imbecillis et. quid autem sit fere ab oibus ignoratur. fm aliquorum modernorum medicorum opinione tenetur qd sit aspaltrum. i. bitumen iudaticū: s3 nō recte. nā si Galie. habz aspaltri fuit errore scriptoris: qz d3 dicere limature aspalet. et est quedā arbor que apud Se. et Aui. vocat darsisabā sic est fm veritatē. nā ibidē aui. loco et⁹ hz darsisabā. qd idē est. Michael sauonarola loco aspalet hz radicē pte. inderibi ait: loco et⁹ pot poni xilocaracta. vt vult Simon ianuenis. verū aui. loco eius ponit fruct⁹ altembuch. i. xilocaracta. et hoc aduenit quia ipse ignorauit qd esset. verum loco eius xilocaracta potest poni: ramen idem nō est. sed Sera. vere agnouit ipsum dicens qd est arbor granati siluestris: et sic est fm veritatē. nā si legis capitulum de aspalcos apud Dia. cū ca. de arborē granati siluestris: seu darsisabā videbis qd idem est. Preterea Johānes arculanus in capitulo de debilitate epatis inquit: darsisabā: id est arbor granati siluestris. fm vno modernorum sententia: granati siluestris due sunt species: quarum vnum est darsisabā: seu arbor dicta amiberberis: cuius fructus dicitur abel: et de hoc a multis licium efficitur. vnde rasis in linonimis suis dicit licium loch. de aqua in aqua cortices berberis coquantur: et sic approbatū fuit qd arbor berberis in debilitate epatis: ac in fluxu epatico multum valet. Aliud est xilocaracta: siue si liqua: siue charubie que sunt idē: et sic a modernis vnū pro alto ponitur: sed debent ponere corticem buzie: id est corticem radice ma li granati seu berberis. et est arbor dicta

apud herbatlicos crispius. hec duo apud sapientes sunt ex secretis aliorum.

Cimū satis notus est. Sera. de ipso loquitur in capitulo de vite et eius species: et quod ex eis sunt. Plido. ait vinum dictum est: eo quod eius potus venas sanguine cito repleat: hoc alij quod nos curis soluat item appellat. alij lineū a leniendo. veteres vinū venenū vocabant: sed postquam inuentū est virtus letiferi succi. hoc vinū vocatum est illud venenū. vnde et Hieronymus in libro quod de virginitate conseruanda scripsit adolecētulas dixit ita vinum bibere debere fugere vt venenū: ne per etatis calore feruenti bibat periret. vnde est quod apud veteres romanos femine non vt bantur vino: nisi sacrorum causa certis diebus. hodie vero inueniuntur homines multi: qui si non biberēt vinum deficerent omnino. Johannes anglicus in capitulo de passionibus stomachi recitat hos versus. Dat vinum purum tria nobis comoda primū. Confortat stomachum: cerebrū: cor dat tibi letū. Vires multiplicat: et viscera plena relaxat. Efficit audacem: sudorem puocat aprat. Ingentius talis lusus cogaudet amico. Sit mensura comes ne violeat opus. Nam sine mensura deperit omne quod est.

Dicitur autem electuariū de vino quod ingreditur et debet coqui cum magna diligentia. Confectio diaspoliticum secundum eundem in tractatu quarto de regimine sanitatis. Et cimini pipis longi: folioz rute: nitri. an. 3. iij. terantur grosso modo et cum melle bene dispumato quantum sufficiat fiat confectio.

Hec confectio est in usu. ipse vero Galenus in sexto de regimine sanitatis ipsam describit et solet confici dupliciter. Quidam enim componunt ipsam ex 3. iij. rute viridis: et aliorum equali pondere. sed secundum modernos ex omnibus componentibus sumit equali pondus: et conficitur et sunt ex herbis qui vocant istam confectioem siue istud antidotum electuariū de rutha. verum ipse Galenus in capitulo de medicinis venenis in suis experimentis habet electuariū de rutha: quod idem non est. forsitan illo tempore non erant idem: sed apud multos modernos idem sunt. nam Petrus argillata in capitulo de virtute splenis inquit. confectio diarutha: et ibi habet eius descriptionem sicut habet hic Galienus. in fine eius descriptionis dicit. et Galenus appellat hoc diaspoliticum. Nicolaus florentinus in libro quinto. in capitulo de inflatione et tensione stomachi ait: diaspoliticum. i. electuariū de cimine. nam apud medicos vocatur hoc electuariū de cimine cum speciebus grossis.

Aulc. in v. canonis habet diaciminū Galenus in quod idem est. Dia. in c. de rutha huiusmodi idem Macer in eodem capitulo. huiusmodi idem sub nomine diaspoliticum confectio de diarutha: diapiagamō et electuariū cum speciebus grossis esse idem vide supra in diapiagamō.

Ciminū. s. ciminū vsuale. hic Galenus non dicit si cimum debet poni infusum in acetos et torrefactū: aut non. verum nostri doctores magis laudant ipsum debere poni infusum in aceto et torrefactū quam non infusum. nam Petrus argillata. Nicolaus. Dias. Macer. et alij. habent omnes cimum infusum. et idem volunt facere hodierni: et modus est quod accipitur cimum: et mundetur a sordibus eius: et supponatur acetum quantitatis sufficientis et ibi dimittatur per diem et noctem: deinde extrahatur et desiccet: et eius torrefactio est quod ponatur super patellam ferream latam: et calefiat ipsa sine cimine. deinde auferatur ab igne et statim cito superponatur ciminū et ipsum misceatur et voluat semper cum aliquo: et hoc fiat bis vel ter quousque eius torrefactio sit completa et vtere vbi oportet. idem potest fieri de alijs seminibus. Species pipis note sunt. ac eorum nomina et greca: et latina: per piper vero absolute piper nigrum intelligimus: aut quomodo bilus: aut quomodo fortis est alijs. aliquando tamen secundum diuersas intentiones in aliquibus electuarijs ac confectiombus magis conuenit piper album aut longum quam nigrum. sicut in confectioe prime descripta in qua licet aliqui dicant debere poni nigrum. plurimi tamen ac fere omnes laudant apponendum esse piper longum. ab aliquibus vero magis laudatur piper album.

Ruta est herba satis nota. Dia. autem laudat illam que nascitur circa cucumeres. Aut. vero laudat illam que nascitur circa arbores ficus. hic Galenus non dicit si ruta debeat esse sicca. aut viridis verum moderni doctores laudant mediam inter viriditatem et siccitatem. Dia. in eodem antidoto dicit rute viridis. Petrus argillata dicit et vult quod ruta non sit sicca nec viridis: et sic debent facere apothecarij.

Nitrum. id est affronitrus. Aut. loco eius habet baurach. id est sal rubeum. idem inquit baurach est fortius sale et est de genere virtutis eius. idem in capitulo de nitro ait. nitrus est baurach armenum. in loco eius sunt ex herbis qui ponunt sal pants: et sunt ex hominibus qui ponunt sal nitrum quo vtuntur bombardarij et hoc est fortioris virtutis in hac materia.

Diacapparis secundum Silibertum de anglia in capitulo

pitulo de vitijs splentis. ꝑ. capparitis. ꝑ. iij. squille. i. cepe muris assart: centauree: pires: tri: pipertis. s. nigri: rhum: apij: seminis gut. a grimonite radictis. añ. ꝑ. i. mellis qđ sufficit.

¶ Istud electuariuz non est in vsu. apđ nos capparitis seu kapparitis cum k. est planta vel frutex spinosa spansa super terraz spinis vnctis plena sicut rubus. folia similia citonto fructum similem oliue qui si aperiat emittit florem albus: si vero ceciderit de planta sua apparet longuorvt balanuz: z tunc si aperiat inuenitur in eo grana minuta: z hoc in alexandria maioriter reperitur. z in magna copta haliabbas in secundo practice capitulo de radictibus vocat ipsum bubugi.

¶ Sit. i. semen nigelle nigre que vocat melachion de qua supra dictum fuit.

Diaceraseos ibidez. ꝑ. succi cerasoz lib. iij. mellis lib. iij. diagredij. ꝑ. xxviiij. cinamomi mastictis. ana. ꝑ. i. conficiantur sic. succo cum melle lento igne ad spissitudinem decoque z in eo pulueres teredoz temperabis cũ. ꝑ. iij. mane z ieiunet vsqz ad sero.

¶ Diaceraseos autez dicitur a succo cerasorum que recipit plusqz de alijs rebus. cerasa fm Serap. sunt grana parua similia pinis. z sunt in oriente z est granu regum. z est illud quod apud nos est itelligendū est iuxta auctoritatem. Sera. granu regum duo significare etem fm ipsum significare videtur cerasa fm vero illustres medicorum sicut Auic. in. ij. canonis. cap. de mehemethene. z De sine capitulo de albemefuch est cherua siue cataputia maior. Isidorus in capitulo de ppijs nominibus arborum inquit. cerasus a ceraso vrbe ponti vocata. nam lucullus cum cerasum ciuitatez ponti delesset hoc genus pomi inde adiuuenit z a ciuitate cerasuz appellauit arbor em cerasus pomu cerasuz dicitur.

Diadragantum calidum fm eundē in cap. de strictura toracis. i. pectoris. ꝑ. draganti triduo in aqua infusi tempati. ꝑ. iij. z isopt. ꝑ. i. z ꝑ. iij. cinamomi. ꝑ. i. z ꝑ. iij. zinziberts. ꝑ. i. liquiricie z succi eius ana. ꝑ. i. z ꝑ. i. confice cũ calamento draganto cum sufficienti melle z lento igne ad spissitudinē decoqs post ab igne deposito et puluere specieruz adde z vsu re serua da in modum castanee.

¶ Diadragantum autem dicitur a draganto quod recipit. dicitur calidum ad differentiam alterius descriptionis que dicitur diadragantuz frigidū que superius posita fuit et dixerunt quidam qđ ambe descriptiones sunt de mente Nicolai. possunt etiā esse ambe de mente Hilberti: naz Hilbertus in ca-

pitulo allegato ambas descriptiones composuit. ille vero quem voco lumē male lucēs ambas posuit descriptiones de mente vt asserit Nicolaus. z tamen ambe a vera descriptione declinant nec fm eius descriptiones debent construi dicte confectiones.

Diapente fm eundem in cap. de causis tussis ꝑ. storacis optie: mirre: draganti galbani. croci: opij. ana. ꝑ. xvj. balsami. aut olei nardini mellis quod sufficit.

¶ Istud electuariū in vsu nō est. Nicolaus flore. in lib. v. in cap. de tussi. hz electuariuz diapente qđ quasi idē est verū Nicolaus ponit iusquamū albū. Hilbertus loco eius habet opij. Nicolaus hz ciminū torrefactū Hilbertus habet croci. in reliquis idem sunt.

Diacassia fistula fm Jo. cōcoregiū in cap. de paralesi z ictigatione. ꝑ. prunoz damascenorum violarum. añ. lib. ꝑ. bulliat in libris. v. aque vsqz ad consumptionē tertie partis colature addatur mane castie pinguis z mūde ana. lib. ꝑ. tamarindozum. ꝑ. v. lente igne z claro vsqz ad spissitudinem. deinde addatur candi puluerizati. id est zuccari candi. ꝑ. iij. penidij. ꝑ. iij. zuccari rubei lib. i. sirupi violati. ꝑ. i. fiat electua. z est ꝑ delicatis z eius dosis est. ꝑ. i. vel. ꝑ. i. ꝑ. i.

¶ Diacassia autez dicitur a dia qđ est confectio. cassia dicitur: qđ in ipsa cassia ingreditur supra posita fuit vna alia descriptio que est ex auctoritate frācisci de pedemontiu qđ apud nos nō est in vsu. verum nostri doctores magis laudant istam descriptionem: qđ est confectio leuis: z fit pro delicatis.

Electuariuz lentum. Beci. passularum. ꝑ. iij. capilozum vene. viola. orde. ana. ꝑ. i. c. i. i. i. barum sebesten ana. numero. xx. liquiricie. ꝑ. i. ꝑ. i. prunozum tamarindozum ana. ꝑ. vj. foliulorum. sene polipodij. ana. ꝑ. iij. misce et fiat decoctio ad consumptionem tertie partis deinde addatur mercurialis. ꝑ. i. ꝑ. i. bulliat bullitione vna z coletur z dissoluatur pulpe castie: tamarindozum: prunozum zuccari rubei: zuccari violati. ana. ꝑ. i. coquendo lento igne semper mouendo cum spatula in fine adde pro qualibet libra electuarij. ꝑ. i. ꝑ. i. ꝑ. i. foliulozum sene. z fiat electuariū fm artem.

¶ Istud electuarium apud auctores nō inuenitur: nec apud nostros doctores est in vsu: sed vtuntur ipso in partibus venetiuz z vtuntur ipso in illis partibus sicut nos vtuntur diaprini non solutio.

¶ Mercurialis est herba que in nostris partibus in ciuitatibus inuenitur iuxta muros. z vulgaro mercorela hec apud dia. vocatur h-

nozotis. et sic eam vocat Gal. in. vij. simpliciū. Plt. ait Imozotis siue ptenus a mercurio inuentus est. id apud grecos ermpozona dicitur nā multi vocant mercuriale.

Electuarium de farsfara. ꝑ. radicū farsfare lib. i. lauent bene in aqua: et decoquatur optime. deinde pistentur cum. ꝑ. iij. passularū et. ꝑ. iij. pineaz in mortario lapideo post hoc ꝑ. zucca. albi lib. ii. et dissoluatur i predicta decoctione farsfare. et coquatur ad formam electuarij. deinde addant pulueres infra scripti. ꝑ. dragantia lib. 3. ij. cinamomi. macis. croci. asi. ꝑ. i. succi liqui ꝑ. i. ꝑ. nucis mus. ꝑ. j. misce et fiat electuarium.

Istud electuariū apud medicos papientes nō est multū in vsu: sed apud medicos Mediolanenses magis est.

Farsfara ꝑo a modernis dicitur vngula caballina. quidā mali herbarici crediderūt qd hec in vineis inueniatur: sed falso. nam apud nos eiꝑ species sunt due. quarū vna habet florem album: et hec dicitur nenufar: et est illud quod magis vsut medicine competit altera habet florem rubeum: et est apta in medicina sed non tantū. et vtrāq; in aquis inueniunt apud sapiētes note sunt. apud Aut. in scdo cañ. vocat nenufar. et dicit qd ꝑ. ꝑ. vocat ipm caulem aque: et noiat granū eius granū spōsi: hec apud Dia. vocat nimpheea siue vt alij cacabꝑ veneris. i. papauer palustre: siue vt latini alga palustris. Antonius musce: iqt nomen herbe nimphee a grecis dicitur pro thea alij cacabos: alij litrometra: alij androcinos: alij idrogotos: alij heracleos: alij arnenon. itali nimpheam vocāt.

Electuarium cōtra pestem fm dñm benedictum de Nursia physicum illustrem. ꝑ. boliarne. diptami albi. mirre. pimpinelle. zedoarie ana. ꝑ. i. tyriace. s. tyriace andromaci distēperate cum aqua vite optimi vini. et distillate in balneo marie. ꝑ. 5. croci. ꝑ. i. camphore margaritarū nō pforatarū sinaragdi añ. ꝑ. iij. tormentulle sigilli marini. ana. ꝑ. ij. seminis citri. ꝑ. i. ꝑ. oia puluerizentur et icorpotentur cum sirupo de acetositate citri: et ex eis fiat electuarium de quo detur. ꝑ. 5. cū aqua melisse ieiuno stomacho certe tollit febre et pestilētie et extinguit omne venenum in corde et toto corpore.

Istud electuarium in tempore pestilentiali valet mirabiliter ad ea que diximus et est optimum in illo casu

Diptamum album credo qd sit vsuale. nā illud diptamum quo vtimur hodie est album fm Dia. diptamū multi dicit ꝑ. ulegiū agre

ste. et describit tres vel quattuor species quarū prima species dicit qd nec florem nec semē habet sed illud diptamū quo vtimur hodie habet florem papureū ac semen nigrū quod apud omnes est notū. Serap. de ipso loquitur in cap. de organo. Simon ianuenis in cap. de alhatami inquit: qd Serap. in capitulo de calamēto de diptamo loquitur qd non est verum diptamum apud Auic. in secūdo vocatur melcatramescit. Aqua vite est aqua distillata facta ex vino optimo et quāto vniū est bonum tanto melior erit aqua: et eius modus est notus. Ramaldus de villa noua in libro primo in capitulo de passionibus auriū: et primo de surditate timitu et sonitu inquit: dixit mihi quidā ꝑ. dicator in vrbē qd imposuit de aqua que dicit aqua vite quā ponit Aristoteles in libro. xij. de aqua et vere: sed si hoc sit verum non vidi.

Hic huius distinctionis calcē attigimus annuēte altissimo. Pientissimāq; eius genitrice qd cuiuslibet generis cōfectiōes ac electuaria. vsq; solutua et non solutua dulcia amara opiata et nō opiata rationabiliter cōplecti quāuis diuus Mesue in tres distinctiones secuerit. Initiū vero nūc dabimꝑ sub sequēti sectioni que est de cōditis: si opifex ille rerū conditorq; vniuersi cūctorūq; initium mentē nostrā suo lumine illustrauerit vt tandē oia in illꝑ decꝑ atq; laudem sicut par est sint enasura: accedamus iam igitur ad propositum negotiū.

De decē generibꝑ cōditorū fm Mesuetā vsualitꝑ non.

Secacul conditū. ꝑ. radices eius albas grossas et teneras et radatur cortex eius cinerētus et elixentur et mudentur a venis interioribus et incidantur in frustra sicut est mensura polictis: et ponatur in eius vacuitatibus arundinis frustum zinziberis humectati sicut dicemus in capitulo de zinzibere cōdito et gartofilus vlmus humectatus: et accipiatur ad omne pondus eorū mellis pondera. iij. et alij ponunt mellis pondera duo: et zuccari pondus. et postq; fuerit coctum cum facilitate proiectatur super illud specterum elefanginarum partes cōuenientes et fiat.

Secacul sicut dictū fuit est sigillū sancte marie. Matth. aut silua. nō cognouit eū: qd ipse in lra. s. inquit sigillū scē marie. i. secacul. Itē ait. secacul. i. yringus: idē sentit in ca. de astareticon: sed si legis capitulū de astaraticon apud ipsum et capitulū de astaraticon apud Sera. videbis qd yringꝑ nō est.

secacul nec species eius. si quis recte conside-
ret capsum de grano culcul apud Mattheuz
siluaticū deprehēdere poterit ea que dicit
de grano culcul cōuenire cū cap. de secacul
apud Sera. et q̄ idē sunt. licet ipse non uideat
tur cognouisse: est enī granū culcul fructus
ipsius secacul: et p̄pter uerba matthe. silua.
sunt quidā apothecarij q̄ falso opinant̄ yringū
esse secacul qd̄ nō est: quia Sera. repo-
nit yringū inter medicinas frigidās: secacul
vero inter calidas: item uide apud Manfre-
dum de monte imperali: q̄ de formis yringū
q̄ scripsit et ibi cōprehenditur yringū esse
speciē spine sed secacul est radix que moder-
ni. zenogello vulgo dicūt et. Aut. in. ii. casū.
in cap. de conditis h̄z etiā de modo cōdiendi.
et dicit q̄ secacul est uena sicut zinziber et
affertur ex india. hodie in nostris p̄tib⁹ repe-
rit in multa q̄titate: et ē multū in usu apud nos
¶ Conditiū autē. i. preparatum et sunt multi-
plici. nā quedam sunt ex radicib⁹. quedam
ex floribus quedā ex fructibus. nā ex radice
bns sunt sicut zinziber. secacul. yring⁹ et si-
milis. de floribus sunt sicut uiole rose et fru-
ctibus sicut pira citonia emblica chebulis si-
milis. Wat. sil. l. ca. de rapa inq̄t ex auctorita-
te Bas. rapa multiformiter autē et hanc ho-
mines preparant vsq̄ ad hoc q̄ componunt
eam cū garro. i. almuri qd̄ vulgariter nuncu-
patur salmuria et aceto ut habeāt p̄ vsu p̄ to-
tum annū credo q̄ hoc sit illud qd̄ cōiter co-
meditur in quadagesima. Plido. ait condi-
tum uocātū qd̄ nō sit simplex s̄z cōmixtione
pigmentoꝝ cōpositū. Pl. in caplo de uitis
ficticijs: sunt inquit alta uina et nūc ex pipe-
re et melle et alijs sp̄ibus de quibus supra di-
xi que inq̄t alij cōdita alij piperata uocant
Desue inq̄t q̄ sup secacul p̄iciantur spect-
es elefanginis. l. de aromatibus: et sunt ille
sp̄es que ingrediuntur in mltua citoniorum:
id est cōditū de citonijs sicut infra appebit
zinziber cōditū. s̄z. zinziberis recētis si habe-
ri potest vel saltē humectati p̄ artē p̄tē vna
mellis partes tres et zuccari partem vnam
coquantur sicut secaculz quidam accipiunt
sicut secacul et zinziberis: humectati ana.
partem. 5. et sit delicatius: et quidam super
cōdiunt cū speciēb⁹ elefanginis: et quidam
faciunt aliter. Mod⁹ autē humectatōis eius
est ut infundat̄ in aqua. deinde sepellat̄ in
arena et sit zinziber albu et mundumz recens
humectat̄ zinziber ut docet ipse de chebulis.
¶ Zinziber siue zengibel s̄m dia. arbor ē na-
scens in arabia plurimū cuius coma frequē-
ter vtuntur in cole sicut nos rucha in biben-

do et māducando. sunt uero ei radices mlti-
te sicut in ciperi subalbido colore h̄ntes sic
peris gustū eligēde sūt nō perforate s̄z gra-
ues. has multi comedūt vel cōdiūt. i. ne pu-
rescant et mittūt in uas cui addūt mel coctū
et sic reponunt. Salte. inquit radix hui⁹ plā-
te deferret ad nos ab india. et est id in quo est
iuuamentū. Papias ait. zinziber q̄ et artemi-
sia genera. h̄z tria. menoglossa tangentes et
leptophilos miroz ob talia uerba. infra. s̄o
dicit zinziber genus pigmētū est qd̄ in india
nascitur: lingua eorūz ita dicitur.

¶ Cōditū. i. preparatū: ut dicitū est Auic. in
v. canō. etiā docet modū cōdiendi zinziber
et dicit q̄ zinziber est uena de vētre terre: s̄z
cut uene tinctorū. Plco. in fine sui antiodo-
rii etiā docet modū cōdiendi zinziber et inq̄t
s̄z. yringozuz q̄ h̄nt folia ad modum cretani
marini. qd̄ saracent secacul uocant. s̄z bahe-
inferūt mihi admirationē q̄ yring⁹ non est
secacul nec folia h̄z sicut cretanus marinus
sicut p̄z p̄ Sera. ca. de yringo. et p̄ cretanum
marinū apud dia. que ipse uocat crithimon
tamez hic declarare uolo q̄ cretan⁹ marini⁹
est quedā herba que i tēpore antiquo nasce-
batur in maritimis locis. s̄z hodie delata est
ad nos et nascit̄ in n̄ris partib⁹: et est illa que
nostro idiomate barigia uulgariter uocatur
mirabiliter ualeat dolorib⁹ renūz ac lapidis
existimāt quidā q̄ hec apud Aut. in. ii. casū.
uocatur alblage. Desue dicit q̄ zinziber cō-
diatur cū melle et zuccaro. Auic. uero dicit
apud nos affertur cōditū cū melle aut cum
aqua rizi. Sera. in p̄prio ca. de zinzibere in-
quit sunt quidā cōdientes zinziber cū melle
quidā cū rob. i. sapa modernū uero genera-
ter cōdiūt solum cum zuccaro: et est nobilitor
modus. deferret de damasco ad nos: et quāto
albius tanto melius.

¶ Baucie cōdite ualēt sicut secacul: et eius mo-
dus est sicut secacul. i. sigilli sancte marie.
¶ Baucie. i. pastinace: cōditū apud arabes
noiat algingibel. Aut. in. v. casū. docet mo-
dū cōdiendi: et dicit sumātur de duris cla-
ri coloris munde pastinacā aut s̄m Pl. in. c.
de olerib⁹ dicit sic uocatā: q̄ radix ei⁹ p̄eci-
pius past⁹ sit hois. unde macer sic ait. q̄ pa-
stum tribuat est pastinaca uocata se st enim
odoratu iocunda: cibo delectabilis. reperit̄
tur alia species que dicitur siluestris: q̄ uo-
catur Baucus apud Aut. in secundo cano.
quidā crediderūt q̄ baucia esset chariota.
quod non eredo. nam Saltenus in libz se-
cundo de alimentis facit unum capitulum
de pastinaca et dauco et chariota quod nō fa-

ceret si essent idem. sed sit quōdēunq; hic vo-
lo declarare q̄ chartota est spēs pastinace:
cuius radix est citrina bona ad māducadū
z est illa quā lombardī vulgariter gniffoyo
cant. Plī. ait alteruz genus est staphylinos
quam pastinacam craticam vocant.

Acorus cōditus valet egritudinib⁹ cerebri
z nervozū. z eius modus est sicut secacul cō-
diti. Ad duntur tamē ad oēm partem eius se-
cacul boni partes due.

Acorus. i. piper apū vel affrodisia vt di-
cit **Dia. conditū**. i. preparatū hoc apud nos
est multū in vsu. reperitur etiā vna cōfectio
cōditi ad egritudines nervozū frigiditas in-
rabilis quā ipse describit in summa quarta
de egritudinibus nervozū z est cōfectio dia-
cori: que etiam in vsu est: vt dictū fuit.

zuccarum rosatū. s̄. folioz rosarū albarū aut
rubearū quātitate quā volueris: z expādan-
tur sup tabulas in umbra vsq; dū superflūū
humiditatis ipsarū resoluat z sint rose habē-
tes imediatate inter cōplementū z acerbita-
tem z terantur in vase lapideo. deinde pūcia
tur super eā zuccarū taberzet. i. albū triplū
ponderis earū. z reponātur in vase vitrea-
to z obturetur os eius cū pergamento z ap-
ponatur solt mensibus tribus omni die sepe
agitando illud. deinde remoueat a sole z
feruet: z quidā faciūt illud cū rosis nō habē-
tibus aliquid de cōpiemento z inuenitur ma-
gis stipticū: z sunt qui nō terunt rosas: s̄ in-
cidit cū forficib⁹ z fricāt manib⁹ fricatione
vltima rosas z zuccarū. deinde exponū t̄ soli.

zuccarū rosatum siue conditū rosatum si-
ue conferua: rosarum idem est. **Atcolaus** in
suo antidotario ait. rodozachara idest zuc-
carum rosatū: sed nō fit sicut dicit. **Desue**.
Petrus de crescentijs in cap. de rosaria. id
est rosa habet vnā aliam descriptione: sed
non est eadem. modernivero generaliter fa-
ciunt: vt docet hic **Desue**.

zuccarum violatum et⁹ modus est sicut zuc-
cari rosacet. indigēt tamen viole expansione
longiori z expositione prolixiori solt.

zuccarū violatū. i. conditū violatum siue
conferua violarum: quod satis est notum.

zuccarum buglossatum eius modus est sicut
zuccari rosacet.

zuccarū buglossatum siue diabuglossatū
dicitur a floribus lingue bonis que alio no-
mine buglossa vocatur. **Auc.** in sc̄do can. de
lingua bonis capitulū facit: sed vere credo
q̄ illa qua vtruntur moderni non sit illa de q̄
loquitur **Auc.** ipse autem **Auc.** ponit q̄ sit
gen⁹ almaru. idest marmacor. vt dicit in ca-

pitulo de maru. **Desue** non ponit modū co-
ficti. **Ad** zuccarū boraginatū quod fit ex flo-
rib⁹ boraginis que est species buglosse: ta-
men si diaboraginatū facere volueris fa-
cies illo modo sic buglossatū. **Th: Christophor⁹**
de honestis putat: sed non recte q̄ zucca-
rum alchilil sit zuccarum de floribus bora-
ginis: q̄ nō est. apparebit infra p̄ditū d̄ bu-
glossa quod est cōserua vel diabuglossatū.
zuccarum alchilil stomachū cerebri: z cor con-
fortat ventositates fugat: et eius operatio
est sicut zuccari rosati.

zuccarum alchilil. i. zuccarū q̄ fit ex flo-
ribus rosmarini q̄ alio nomine corona mō-
tis vocatur. **Th: Christophor⁹** de honestis di-
cit zuccarum alchilil. i. zuccarū factum ex
floribus boraginis: sed nō est vera exposi-
tio. vt patet apud **Mattheū** siluaticū in li-
tera l̄m̄l̄. vbi sic ait chinchil. idest rosma-
rinus illū vocabulū ponitur in antidotario
damasceni. i. **Desue** septimo que icepit zuc-
carū alchilchil. z post sex qui incipit zucca-
rū buglossatū. sic est q̄d. alchilil vel alchil-
chil. flos est rosmarini s̄ grana alchilchil
sunt grana siluestria.

Conditum de citro. s̄. corticū citri. 3. vi. bu-
glossē. 3. i. 5. marmacor. i. melisse. 3. 5. gario-
filozū aur. i. ligni aloes aur. 5. terantur z p̄-
ijctatur super ea vini boni lib. iiii. z dimitta-
tur dieb⁹ tribus: deinde pūciatur super ea
zuccari taberzet. i. albi li. ii. z aromatizetur
cum gallie bone aur. 5. croci. 3. i. quarta. ma-
sticis. 3. i. musci. 3. i. sexta.

Conditum. i. preparatū. **Desue** in distin-
ctione de cōditis ponit citra cōdita z in di-
stinctione de sirupis habet duas descriptio-
nes cōditi de citro: sed ille due descriptio-
nes nō sunt in vsu ego vero scripsi sc̄dam de
scriptionē vt declarare quid sit marmacor:
marmacor s̄m̄ intētionē **Desue** est melissa
z sic credo esse bene expositum: quia **Sera-**
in cap. de melissa inquit benecrangie. i. turū
gen. z dicitur marmacor. i. melissa. **Auc.** in
sc̄do canoñ. in capitulo de maru de marmac-
cor loquitur: z ibi distinguit in plures spect-
es: z ponit linguam bouis. i. buglossa: inter
species eorum. **Stephanus iudeus** affirma-
bat q̄ est marubium q̄d ignoro. verum sapiē-
tes dixerunt q̄ marmacor est melissa. z mar-
macur est marubium. **Wihelmus** placenti-
nus dicit marmacora. idest marubius siue
prassum: q̄d idem est.

Modus conditi de buglossa boni. s̄. buglos-
se mente sicce folioz rosarum: corticū ci-
tri aut folioz eius ana. 3. ii. alfelēgemisch